

nis Alberti Thorumii Sabbato in Vigilia S. Andreae Apo-  
 stoli a. 1494. Confirmatio Privileg. et Immunitat. Civit.  
 Gedanens. D. Alexandri data Gedan. fer. 2. in crastino Sep-  
 t. Trinitatis a. 1504. et plures alie Confirmationes Regu  
 subsequentium apud Schroeder. Jus Publicum Partiscan.  
 Part. 1. L. 1. Tit. 1. C. III. Art. 6. 7. 8. 12. 16. 17. 18. 19. 22.  
 23. 24. Effectus autem huius subiectionis est, quod Seve-  
 nissimus Poloniae Rex Iure suo supremo Gedanensē  
 Civitatem una cum portu et mari, urbi adhaerente suam  
 asserat, eaq. Civitas Majestatis Ipsius Mandatis N. Juri  
 Privilegiorum suorum non contrarius submitte parere  
 teneatur; uti eodem suo iure Rex universas Terras Prussiae  
 suas esse recte statuit, suisq. Mandatis N. publicis LL.  
 non contrarius obstrictas tenet, sive sint spiritualis, sive  
 terrestri, sive Civilis, sive sic dicti Regalis Juris nimiru  
 in consideratione supremi et sublimis Dominiū N. sal-  
 vis interea manentibus quae Civitatis Gedanensis pro-  
 pria sunt, maxime in primava fundatione s. tempore scil.  
 Crucigerorum et Incorporationis. status ei attributa, aut  
 postmodum ob merita Diplomatum Regis collata, utpa-  
 te quae Supremae Regiae Majestatis Jure, N. quod ab ab-  
 soluto Dominatu difert et formam suam specificam ex  
 totius status fundamentali dispositione consequitur, trans-  
 formati, minui, perimiq. sine violatione. Status nequeant.  
 In primis vero quantum ad Jus Regis maritimum attinet, duo  
 insignes supremi Juris Dominiū tam portus, quam maris  
 urbi adhaerentis effectus sunt, quorum primus consistit in  
 exercitio permittende et inhibende navigationis, quod Jus  
 Civitas Gedanensis cum hac restrictione tuctur, ut in eius  
 usu consilium atq. voluntatem Regis, quoties id opus vi-  
 detur, attendat. Alter in adornanda aliqua necessaria  
 expeditione maritima conspicitur, quatenus Portus Regibus  
 Poloniae

Atas  
 ati.  
 es. Inpu  
 es est  
 Subom  
 i loco  
 7. in se  
 us cum  
 rorum  
 Regis  
 ucigeris  
 titul. N.  
 Terrae  
 x eius  
 nensi  
 y. D. Ca.  
 pfirmati  
 Baptis  
 Privileg.  
 457  
 D. Inna  
 Alberti